



est contritio ex perfecta charitate includens votum Baptismi. Vocatur autem Baptismus flaminis, id est spiritus: quia homo ad hunc actum contritionis cum voto Baptismi non movetur, nisi a Spiritu Sancto, qui dicitur etiam Flamen. Baptismus vero sanguinis est Martyrium, quatenus in non baptizato supplet defectum Baptismi aque. Ut autem martyrium in adultis supplet defectum Baptismi aque, & hominem iustificet, debet includere Baptismus flaminis, ut docet S. Th. hoc q. 66. a. 12. ad 2. Et ratio est. Quia effusio sanguinis, si fiat sine charitate, que est Baptismus flaminis, nec iustificat, nec Baptismi rationem habet, dicente Paulo, 1. Cor. 13. v. 3. si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuerim, nihil mihi prodest.

II. Convenienter esse hanc divisionem ostendit S. Thom. citata q. 66. a. 11. hoc dicitur, Baptismus aque suam efficaciam habet, & ulterius sicut a prima causa, a Spiritu Sancto: licet autem effectus dependat a causa, causa tamen, maxime prima non dependet ab effecta: sed cum supprexerit ergo sine Baptismo aque potest aliquis consequi effectum Baptismi ex passione Christi, conformando se illi: vel pro Christo patiendo, vel quatenus Spiritu Sancto tangente corde movetur ad credendum, & diligendum Deum, & de peccatis poenitentem.

Unde infert S. Th. utrumque horum duorum in tantum dicitur Baptismus, in quantum supplet vicem Baptismi aque. Quod probat ex S. Augustino, l. 4. de Bapt. contra Donat. cap. 22. dicitur: Baptismi sine vicem aliquando adimplet passionem, de barone illo, cui non baptizatus dicitur est: Hodie tecum eris in Paradiso, non leve argumentum idem beatus Cyrillus asseruit: quod etiam, aque etiam considerant, invenit, non tantum passionem pro nomine Christi id, quod est Baptismo deest, posse suppleri: sed etiam fidem, conversationemque cordis, si forte ad celebrandum Mysterium Baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Neque enim laico illo pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum: nec quia credidit passus est, sed dum pariter creditis. Quatenus itaque valeat, etiam sine visibile Sacramento Baptismi, quod ait Apostolus, Rom. 10. v. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: in illo laico declaratum est. Sed sine impleret invisibiliter, cum Mysterium Baptismi, non contemptum religionis, sed articulum necessitatis excludit. Quibus S. Doctor ostendit, in illo latrone fuisse duo Baptismata sanguinis, & flaminis.

II. Inter predicta tria Baptismata plura sunt discrimina. Primum, quod Baptismus flaminis est sacramentum, non vero Baptismus sanguinis, que sanguinis. Nam sacramentum debet esse, inter alia, exterius facta externa facta a Ministro ex intentione faciendi rem sacram: sed contritio nullam externam ceremoniam requirit. Martyrium autem non confertur a Tyranno ex intentione faciendi rem sacram, ergo &c. Quare S. Th. a. 11. citato, ait: Sacramentum habet rationem significandi vero duo convenienter cum Baptismo aque non quidem quantum ad rationem signi, sed quantum ad effectum Baptismatis.

Ex hoc sequitur secundum discrimen: quod Baptismus aque imprimi charactrem, & iterari non potest: secus vero Baptismus flaminis, & sanguinis.

Tertium: Quod Baptismus aque in precepto est: est enim medium necessarium ad salutem. At Baptismus sanguinis in precepto non est, nisi in casu necessitatis ad fidem tuendam.

IV. Quis autem ex his tribus Baptismis potissimus sit: Respondit S. Thom. citata q. 66. a. 12. Baptismus sanguinis simpliciter, & absolute esse potissimum, & aliis duobus preeminere: quia per illum Christi Passio, & Spiritus S., a quibus Baptisma efficaciam habet, perfectius operatur. Nam Passio Christi operatur quidem in Baptismo aque per quamdam figuralem representationem, & in Baptismo flaminis, vel poenitentiam per quamdam affectionem: sed in Baptismo sanguinis per imitationem operis. Similiter virtus Spiritus Sancti operatur in Baptismo aque per quamdam virtutem latentem: in Baptismo autem poenitentiam (flaminis) per cordis commotionem: sed in Baptismo sanguinis per potissimum dilectionem, & affectionem ferventem, secundum illud, Jo. 15. Majorem hanc dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. V. Si dicas, Baptismus sanguinis non valet sine Baptismo flaminis, secundum illud, Cor. 13. Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuerim, nihil mihi prodest: Baptismus autem flaminis valet sine Baptismo sanguinis, potest enim quod iudicari sine martyrio, immo & sine Baptismo aque: ergo &c.

Respondet S. Thom. loco allato, ad 3. quod Effusio sanguinis non habet rationem Baptismi, si sit sine charitate. Ex quo patet, quod Baptismus sanguinis includit Baptismus flaminis, & non e converso. Unde ex hoc ipso patitur perfectior.

Noro tamen nos non dicere, quod Baptismus sanguinis habeat preminenti secundum rationem sacramenti: sed quantum ad sacramenti effectum. S. Thom. ad 1.

S. II.

Resolutio Dubii.

VI. Dico, Baptismus flaminis supplet vicem Baptismi aque: ita ut cum is haberi non potest, votum, ac sincerum desiderium habendi illum, sufficit ad salutem. Assertio hac pertinet ad fidem est. Scriptura enim, Eccl. 18. Pl. 50. Ista est. Act. 2. & Rom. 10. promittunt salutem poenitentibus, & credentibus, Deum invocantibus: tales autem

sunt, qui a Sacramento Baptismi exclusi, ex animo ipsum desiderant. Unde Cornelius, & alii, Act. 10. Spiritum Sanctum acceperunt, antequam baptizarentur: igitur per votum Baptismi potest Spiritus Sanctus haberi. Et ideo S. August. l. 4. de Bapt. c. 22. supra citatus: loquens in non baptizato passionem pro nomine Christi id quod est Baptismo deest, posse suppleri: sed etiam fidem, conversationemque cordis, si forte ad celebrandum Mysterium Baptismi in angustiis temporum succurri non potest. & ostendit in Latrone, qui salvis factus est, non Baptismo sanguinis, non enim quia credidit, passus est: sed Baptismo flaminis, quia dum pateretur crederet.

VII. Nec dices, S. August. l. 2. de Peccat. meris, & remiss. c. 26. dicit: Sanctificatio Catechumeni, si non fuerit baptizatus, non ei valet ad intrandum in Regnum Celorum, aut ad peccatorum remissionem.

Nam, quicquid aliter alii respondeant, sentio Augustinum sibi non loqui de sanctificatione interna, & cordis per charitatem: sed de quadam sanctificatione exteriori, quam vocat sacramentum Catechumenorum: qua specie quam benedictionis, puta, signo Crucis, & sale sanctificabatur Catechumeni illo tempore, ut refert Isidorus, l. de Catechumenis: Et signatur sum (inquit) signo Crucis, & condidit eum sale, pismi voto, non valet ad intrandum in Regnum Celorum, & ad Remissionem peccatorum.

VIII. Ceterum Baptismus flaminis sufficere ad salutem, docet Ambrosius de obitu Valentiniani. Et ex instituto S. Bernardus, Præf. de Bapt. c. 30. olim Episc. 17. ubi observans, quod Christus cum diceret, Marci 16. v. 16. Qui credit, & baptizatus fuerit, salvus erit, non repentit: Qui vero non credit, & baptizatus non fuerit, sed tantum: Qui vero non credit, & demum suscipit ad salutem, sed sine ipsa sufficere nihil, neque ipsum martyrium. Unde infert: si filius dei martyrio, ut vires Baptismus supplet: ipsa ista iustitia, & imbecillitas pro se, ut quod dare aliter videtur, sed non valet obtinere Deinde, postea casu, quod homo recordatus, se non accepit Baptismum, & dolens, poenitentique toto desiderio experietur, sed allequi, mortis celeritate, non acquirit, querit: Damnavit fidem suam Deus? Damnavit hominem pro se etiam paratum mori? Paulus dicit: Nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto: tunc ergo, qui in articulo mortis non solum invocat dominum Jesum, sed ipsum quoque suo desiderio experietur sacramentum, dicemus, aut non loqui in Spiritu Sancto, & sic salvis erit Apostolus: aut & cum Spiritu Sancto damnavit? Ita vero subtiliter, & fortiter S. Abbas.

IX. Merito igitur Conc. Trident. Sess. 6. c. 4. docet, Post Evangelium promulgatum sine lavacro regenerationis (ecce Baptismus aque) aut ejus voto (ecce Baptismus flaminis) fieri non potest (adoptione filius Dei) sicut scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto (id est, vel sacramentaliter per baptismum Baptismi aque, vel simpliciter per ejus votum) non potest ingredi in Regnum Dei.

D U B I U M II.

An Martyrium supplet vicem Baptismi aque?

S. I.

Quadam pro notitia Martyrii.

I. Martyr Græce, Latine idem reddit, ac Testis. Unde ex ipso Ecclesie usu quicumque Christo testimonium reddebat, Martyres dicebantur, stricte tamen loquendo solus is Martyr dicitur, qui testis sit, pro Christo mortem accepit.

II. In Martyrio ergo duplex persona requiritur. Una est persecutor, qui sit agens, pro Christo mortem inferens: altera Martyr, qui pro Christo mortem sustinet, & patitur. Adeo quidem necessarium est ad veram rationem martyrii mortem pati a persecutore, qui sit persona distincta, ut qui, etiam pro Christo, seipsum occideret, Martyr non esset. Quare merito Augustinus Petilianum, alioque Donatistas confutavit dicentes: Martyres esse etiam eos, qui male admittunt poenitentiam seipso occidunt. Quo eodem errore procedebat ex Secta Donatistarum quidam dicitur Cironemellionis: qui ex quadam furore seipso occidebant, insistentes in ignem, in mare, in saxa precipites ruabant: occurrerant armis, eis minantes mortem, nisi ab ipsis occiderentur: mortemque hoc modo fidei illatam vocabant martyrium, sed infame: non enim martyrium, sed facilegium sui ipsorum hoc erat homicidium.

III. Neque est simile, quod legitur de aliquibus viris sanctis, quos Ecclesia colit ut martyres, qui instanti viris sanctis, & necem inferre parato, ut christianæ constantie specimen præberent, sponte in ignem, & aquas se projecerunt. Quo nomine celebrantur quædam prælaræ virgines, que ad fugiendum dedecus contra castitatem, sese in aquas projecerunt: ut refert Baronius, ad an. 309. a. n. 24. Ambrosius etiam, lib. 3. de Virg. & Episc. 7. ad Simplicitatem, Eusebius item, l. 8. Hist. Ecclesiast. c. 24. & narrat S. Aug., l. 1. de Civit. Dei c. 26. Non inquam est simile. Nam, ut ait Aug. ibi, hoc factum verum est, eas hoc Dei iussu fecisse credendum est, sicut de Sampione dicitur: Cum autem Deus iuberet, seque furore sine ulla ambagibus intimit: que obedientiam in crimine videt? Quis obsequium pietatis occupat? Ceterum, concludit S. Doct. Hæc dicimus, hæc asserimus, hoc modis omnibus approbamus.

probamus: neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, vel luc fugiendo molestias temperales, ne incidas in perpetuas: neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipit habere gravissimum proprium, sed esse votum: neminem propter sua peccata pateris, propter que magis hæc vita optat est, ut possit paventibus sanari: neminem quæ desiderio sua melioris, que post mortem speratur: quæ reus sua mortis melioris post mortem vivam non suscipit. Videatur quæ diximus, Tom. 1. in 2. Quæst. 3. de Act. hum. Moralit. Dub. 7. §. 3.

IV. Persecutor autem dicitur is, qui Christianum exagit, quia Christianus est: vel aliquid Christi doctrinam pertinens verbo, aut opere profertur. Ut persecutor martyrem faciat, duo requiruntur. Primum: ut re ipsa mortem inferat: aut saltem ponat causam necessariam mortis. Unde si quis in odium fidei cruciatur, sed non occidatur: est quidem persecutor, sed re ipsa martyr non est. Hinc non essent Gerfoni, qui p. 4. Joannes de S. Antonio, dicit, S. Antonius fuisse martyrem, propter ærumas, quas a Demone in odium Christi passus fuit: cum itaque passus fuisse mortem, nec causam necessariam mortis. Minus assentior illis, qui volunt, Job fuisse vere martyrem. Cum enim Deus præcepisset Sarræ, Job. 2. v. 6. ut animam Job servaret: postus fuit circa mortem, & citra causam necessariam mortis, hæc etiam ratione B. Virgo non fuit martyr, nisi per quamdam similitudinem, ut dicit S. Thom. 2. 2. q. 124. art. 4. ad 1. (quo sensu, ob ingentes dolores filii sui causâ tolerata, pie a Patribus dicitur martyr) quia mortem passus non fuit, neque in sua necessaria causa.

Et opposita autem ratione vere martyr fuit S. Jo. Chrysostr. cum obijt ex vexatione, & persequutione itineris, & exiliis quatuor, ut honoræ Areadi confuleretur, martyris nomen illi datum non fuerit. Martyres confendi sunt tres poeri in fornacem missi, Daniel in lacum leonum demissus: S. Joannes Evangelista in olei ferventis dolium injectus; alique omnes, qui, vel lethalia vulnera perpessi, a Deo miraculose fuerunt sanati: vel qui passivam necessariam mortem, a Deo in vita conservati fuerunt: vere martyres dicendi sunt. Martyres quoque habendi sunt: qui in carcere moriuntur, morte caudata ab ærumis carceris: cum talis mors sit a persecutore illata: si vero moriantur in carcere quidem, sed non ex ærumis, martyres non sunt. Similiter si quis persecutionem fugiens, ex laboribus itineris, aut exiliis confectus moriatur, martyr erit: secus vero si mors ex alia causa ipsi contingat.

V. Sicut autem ad materiam martyrii requiritur, ut mors a persecutore inferatur, vel saltem causa necessaria mortis: ita ad formam martyrii requiritur, ut inferatur in odium fidei, vel alienius ad fidei doctrinam, persequens. Sic martyr fuit S. Thomas Cantuariensis, qui occisus est pro fidei juramentis: quæ videbatur. Hæc autem conditio adeo necessaria est, ut si deficiat, cesset martyrium: receptum autem enim illud proloquuntur, quod ex Cyprino laudat Gregorius, l. 4. Ep. 36. & ante ipsum August. l. 3. contra Cerecentianum, apud alibi: Martyrii non sunt facti pueri, sed causa.

Biduoque ergo olim Montaniste, & Danatistæ, dum ob sua seculæ, vel suis hæreses tradebantur, fo martyres iudicabant. Et iniuste Amniam Marcellinum Ebrinius Crispus dicit, apud Christianos, quocumque iniuste interfecit, martyrum loco habitos: Nam S. Eduardus Britannicæ Rex Novæcastribus traditus est: sed quia scilicet fuit, ut regnum alteri obveniret, non in odium fidei, ut martyr non colitur. Hæc ratione qui ab infidelibus necatur, ut autem proderet, aut quia pretium pro redemptione non solvit, martyr non esset, nisi forte persecutione in odium fidei excitata, ac deinde imperata redemptione, non solventes occiderentur: ac quia talis mors, saltem radicaliter, ex odio fidei proveniret.

Bidem ratione cum persecutio vere in odium fidei excitatur: licet alii pretextus inferendæ mortis quantur, qui sic moriuntur, vere martyres sunt: Sic Constantinus, teste Hieronymo, l. contra Constantium, & Julianus apostata, teste Nazianzeno, Orat. 3. cum verè in odium fidei Catholicos, & Christianos persequerentur: licet eos qui occidebant, variis criminibus insimularent, vere martyres efficiebant. Quod in Anglia proxime lapsis seculis factum fuisse, narrat Sanderus, l. 3. de Schismate Anglicano.

S. II.

Resolutio Dubii.

VI. Dico, Martyrium supplet vicem Baptismi in adultis, & etiam in parvulis. Ita S. Thom. 2. 2. quæst. 124. art. 2. 3. quæst. 66. art. 1. & in 4. dist. 4. quæst. 3. art. 3. quæst. 3. & 4. Nec desinit Patres: August. enim, l. 13. de Civit. Dei cap. 7. Cuiusmodi (inquit) etiam non præterit regenerationis lavacrum, pro Christi confessione moriuntur: tantum est, valet ad dimittendam peccata, quantum si ablueruntur furore Baptismatis. Qui enim dicitur: Si quis non renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum celorum: alia sententia istæ scilicet exceptis, ubi non minus generaliter dicit: Qui me confiteri fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in Cælis est (Matth. 10. v. 32.) Et alio loco: Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam (Matth. 16. v. 25.) Et lib. 1. de origine Animæ, cap. 9. Nemo sit membrum Christi, nisi aut Baptismo in Christo, aut morte pro Christo.

Similia docent Cyrillus Hierosolymitanus, Catech. 3. si quis non baptizatur, salutem non habet, præter solæ martyris, qui vel sine aqua regno Cælesti potitur. Eulgentius, lib. de fide

ad Petrum, cap. 3. Alique Sacramento Baptismatis, præter eos, qui in Ecclesia Catholica sine Baptismo pro Christo sanguinem fundunt, nec regnum Celorum potest quisquam accipere, nec vitam æternam. Eadem legere est apud Tertullianum, lib. de Bapt. cap. 16. Cyprianum, in præf. ad exhor. ad Martyres, alioque Patres.

VII. Probatur autem ratione S. Th. 3. p. q. 66. art. 11. & in 4. dist. 4. supra citata. Baptismus aque in tantum efficaciam habet, in quantum fit in similitudinem Christi mortis: sed Baptismus sanguinis, expressiorem similitudinem gerit mortis Christi: nam ubi ille gerit similitudinem in figura solum, & representatione, ista eam gerit per realem imitationem; ergo si Baptismus aque confert effectum Passionis Christi, multo magis illum confert Baptismus sanguinis. Indignum enim videretur, ut gratiam suam Christus exhiberet illis, qui mortem suam repræsentant; eamque negant illis, qui mortem suam opere imitantur, moriendo pro ipso, quod est maximum amoris testimonium: dicente ipso, Joan. 15. v. 13. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

VIII. Nec refert, quod Concil. Trident. Sess. 6. cap. 4. dicit, neminem posse justificari sine lavacro regenerationis, aut ejus voto, nisi dicendo de martyrio. Nam Tridentinum agie de mediis ad primam justificationem necessariis, inter que non est martyrium. Hoc enim si quis sponte subeat, salvabitur, etiam non incidat cogitatio de Baptismo, & desiderium illius: quia qui ponit animam suam pro Christo, inveniet eam.

IX. De parvulis vero (quæ est secunda Assertio) refert S. Thomas 2. 2. q. 224. art. 1. ad 1. Quod quidem dicitur, quod Innocentius acceleravit est miraculose liberi arbitrii usui: ita quod etiam voluntarie martyrium passus sunt. Et voluntarie acceptarunt mortem pro Christo, ut requiratur ad martyrium: quod de aliis infantibus pro Christo occisis dici non potest. Verum cum hoc privilegium auctoritate Scripturæ non comprobatur, gratis consistit. Quod si Innocentius concessum fuisse creditur; cur non dicitur concessum cuique infanti, qui pro Christo occidatur?

Dixerunt alii, Innocentes fuisse martyres, quia erant circumcisi. Sed reficitur. Quia inter infantes, ab Herode, occisus, moraliter certum est, fuisse aliquos filios Gentilium, qui versabantur inter Hebræos; aliquos etiam filios occisus ante octavam diem, ante quem non poterat circumcidi.

Aliqui demum dicunt, Innocentes fuisse martyres specialis privilegio Christi, tunc primo mundum ingressi, quod ad alios non extenditur. Sed hoc sine fundamento negatur. Numi quid enim Christi virtus eadem modo non est; ac tunc erat? X. Dicendum ergo est eum S. Thomæ ibi: Quod martyrii gloriam, quam in alio proprio voluntate moriuntur, illi parvuli occisi per Dei gratiam sunt affecti: Nam effusio sanguinis propter Christum vicem gerit Baptismatis. Unde facti in parvulis baptizati per gratiam baptismatis mortuum Christi baptizatus ad gloriam obtinentur: ita & in occisi propter Christum mortuum martyrii Christi operatur ad palmam martyrii consequendam.

XI. Ex hoc inferitur, quod quos, etiam ante Christum propter iustitiam occisi fuerunt, vere fuisse martyres. Nam fides nostra est eadem, ac fides antiquiorum iustorum: qui scilicet nos credimus in Christum, qui jam venit, ita & illi credebant in Christum venturum: ergo antiqui in veri Legi pro iustitia, & in odium vere fidei occisi fuerunt, fuerunt occisi pro fide Christiana; ideoque martyres Christi fuerunt. Horum etiam Catalogum texit Paulus, ad Hebr. 11. v. 37.

Hinc primum martyrem fuisse Abelem testatur S. Augustinus, in Psalm. 113. Sermon. 29. vocans primitias Ecclesie Abelem immolatum: In testimonium futuri sanguinis Mediatoris. Et lib. 6. Operis Imperf. contra Julianum, cap. 27. dicit: quod Abel Martyrium deditur. S. Zeno, Sermon. de Patientia, Rupertus, l. 3. de Divin. Offic. Cyprianus, Ep. 56. Immo Targum Hierosolymitanum asserit: ideo Abelem a Cæno occisum; qui et obstitit neganti divinam providentiam, & anime immortalitatem. Porro Abelem fuisse occisum propter iustitiam, colligitur ex illo, 1. Joan. 3. v. 12. Propter quod occidit eum? Quoniam opera ejus maligna erant; fratris autem ejus, iusta.

Itam etiam, per medium dissectum impij Marasii iusta, martyribus accentes S. Zeno, Sermon. de Martyrio Ista — Machabæos fuisse martyres docet Nazianzenus, Orat. de Machabæis, Cyprianus, lib. exhor. ad Mart. c. 11. August. lib. 1. contra Gaudenium, capite 3. &c.

D U B I U M III.

Quales Dispositiones requirantur in Adultis ad Martyrium.

S. I.

Voluntaria acceptio Mortis.

Quemadmodum licet in parvulis ad Baptismus nulla requiratur dispositio, requirantur tamen in adultis: sic licet ad martyrium in parvulis nulla requiratur dispositio; sed facti sit, ut occidantur in odium fidei, ut dicitur: in adultis tamen habentibus usum rationis aliquæ dispositiones tum positive, tum negative requiruntur.

II. Dico ergo, Prima dispositio ad martyrium in adultis requiritur, est voluntaria acceptio mortis illate in odium fidei, est presens Assertio contra aliquos, qui volunt, iustum, qui pro fide occiditur, martyrem fore, est nulli actu accepta: mortem: quorum aliqui addunt, martyrem fore, est mori-



multo magis Baptismus sanguinis. Hoc idem docet in 4. dist. 4. q. 3. art. 3. q. 3.

III. Dico secundo. Martyrium confert gratiam, ex opere operato etiam adultis. Hoc docet S. Thom. in 4. loco citato, ad 1. his verbis: Baptismus sanguinis non habet hic tantum ex opere, neque quatenus ad penam, qua aliquis martyrium ex merito, neque contingit non esse sufficientem ad satisfaciendum pro peccato; neque quantum ad devotionem iusta voluntatis; quia contingit, quod voluntate majori obierit fortis aliquis sine martyrio non potest ab omni pena liberari; sed hoc habet ex imitatione Passionis Christi. Unde de martyribus dicitur, Apoc. 7. Laverunt stolae suas in sanguine Agni. Et in 4. ad Anibal. dist. 4. q. unic. art. 4. ad 3. Baptismus sanguinis (inquit) non habet suppleturum effectum Baptismi fluminis ex opere operato, sicut obicitur, sed ex imitatione Passionis Christi.

IV. Ex his probatur primo. Producere gratiam ex opere operato, est vi sibi intrinseca illam producere; hac enim ratione Baptismus aquae operato operato producit gratiam, & remissionem peccatorum ex opere operato; quia eam operatur per quam figuralem representationem Passionis Christi, quae in aquam Baptismi agit, eam sibi conjungit, & ei communicat virtutem ad abluendum animam ab omni forde culpae, & reatu peccati: sed Baptismus sanguinis etiam in adultis operatur. Sec. per realem imitationem Passionis Christi, quae martyri Christi patienti conjungitur, & poena martyris a Passione Christi virtutem accipit, & roboratur; ergo poena illa causat in martyre remissionem omnis culpae, & poena; vi Passionis Christi in eam operantis, & consequenter ex opere operato. Si enim hoc habet aqua, quae est Passio Christi tantum figuralem representationem; ergo a fortiori non habebit poena, & passio martyris, quae ad Passionem Christi realem imitatur.

V. Confirmatur ex doctrina S. Th. 2. 2. q. 68. art. 12. Virtus Passionis Christi, & motus Spiritus Sancti a qua Baptismus efficitur, eadem habet, excellentissime operatur in Baptismo sanguinis; nam ubi in Baptismo aquae operatur per figuralem representationem, & per virtutem latentem; & in Baptismo fluminis operatur per potentissimum dilectionis, & affectionis fervorem, quo realiter, & cum effectu, Spiritus Sanctus movente imitatur Passionem Christi; ergo Baptismus sanguinis non ex vi contritionis, & affectionis tantum, ut Baptismus fluminis, sed vi operis, & realis imitationis Passionis Christi gratiam producit.

VI. Probatur secundo, & urgentur dicta. Martyrium remittit parvulis peccatum originale ex opere operato, ut supra diximus cum Sancto Thoma; ergo hoc etiam facit in adultis. Conf. prob. Promissio de danda gratia, & gloria his, qui pro illo moriuntur, ut Matth. 10. v. 34. Omnis, qui constituit me coram hominibus, constituetur ego coram Patre meo, qui in Caelis est. Et v. 39. Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam: non solum parvulos, sed omnes pro Christo morientes complectitur. Tum etiam quia: non minus adulti, quam parvuli moriendo pro Christo, conformantur Passionis aquae per realem imitationem. Tum etiam quia: si Baptismus aquae, qui est solum figuralem representationem Passionis Christi, ex opere operato gratiam confert, & parvulis, & adultis; multo magis hoc faciet Baptismus sanguinis, qui ejusdem Passionis est realis imitatio.

VII. Probatur tertio. Quod solum ex opere operantis gratiam confert, non potest eam conferre supra meritum operantis: sed martyrium sepe confert gratiam supra meritum operantis: ut cum aliquis, graviter criminum reus, in celum fidei ex improposito occiditur: tunc enim poena, quam sustinet, non est sufficiens ad satisfaciendum pro reatu culpae, & poena; & vi potest in illis circumstantiis actum elidere, cui tanta gratia debetur; ergo &c.

VIII. Probatur quarto. Ex vi martyrii remittitur infallibiliter tota poena, etiam temporalis; ita ut martyr adultus a cruciatibus recta ad Caelum advolet, ut supra vidimus: quare injuria fit pro martyre orare; ergo etiam ex vi martyrii remittitur ei omnis culpa. Conseq. evidens est. Non enim est assignabilis ratio, cur primum, & non secundum. Ant. vero prob. Poena non potest infallibiliter remitti ex vi contritionis, & dilectionis Dei: nam parvulis remittitur, in quibus nec contritio, nec dilectio Dei esse potest. Dato etiam, in quocumque adulto, dum subit martyrium, adesse contritionem, & dilectionem expressam; non est infallibile, actus illos esse in tanta intentione, & fervore, ut sufficiant ad totius poenae remissionem: immo contingit saepe in aliis viris justis inenitorem, & ferventem charitatem, & contritionem adesse, quam in martyribus; quae tamen non sit sufficiens ad tollendam omnem poenam. Neque etiam potest omnis poena infallibiliter dimitti per passionem, & cruciatum, quos patitur martyr. Contingere enim potest, ut peccata sint gravissima in malitia, & numero plura; dolores vero martyrii valde breves, & voluntas patientis adeo remissa, ut ex se non sufficiant, ad condignam satisfactionem pro tota poena peccati debita. Dimissio ergo totius poenae tribuenda est operi, nempe martyrio, quatenus est realis imitatio Passionis Christi, ut in eo operatur, & consequenter ex opere operato, nona operantis. Hinc Tertullianus in Apolog. adversus Gentes, sub finem: Quae (inquit) non ubi requisitis, accedit: Ubi necesse, pari excepta: Ubi totam Dei gratiam redimat, ut omnem veniam computatione sanguinis sui expellat: omnia enim huic operi delicta donantur.

S. II.

Objectionum Solutio.

IX. Obijciunt primo contra primum Assertum: Est generalis regula; Jo. 3. quod Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei; ergo sine fundamento assertum, parvulus sine Baptismo aquae mortuos, morte pro Christo tolerata, salvari.

Respondeo, neg. conf. Ab hac enim regula excipi infantes pro Christo occisos, docet S. Aug. 1. 13. de Civ. Dei, c. 7. Qui enim dicit: Si quis non renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto; non intrabit in regnum Caelorum; alia sententia istos (martyres) scire excepit, ubi non minus generaliter dicitur: Qui me confessus fuerit coram hominibus, constitutor & ego eum coram Patre meo, qui in Caelis est. Et alio loco: Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam. Quae confessio esto ab infantibus non fit verbo, fit tamen opere, & factu; de Innocentibus canente Ecclesia: Deus, tuus precium tenentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt. Et Tum etiam quia: ex superius dictis efficaciter operatur Passio Christi imitata per martyrium, quam representata per Baptismum. Uno verbo: sicut in Baptismo aquae, sic in Baptismo sanguinis infantium cor opere, & factu in Christum credit, dum pro ipso patitur: unde eum non habeant fidem, & amore active, habent tamen passive, & executive.

X. Dicit. Elio martyrio annexum fit privilegium justificandi; hujus tamen sunt inaequales parvuli, cum sint inaequales martyri: martyrium enim est actus virtutis fortitudinis: parvuli autem, utpote carentes usu rationis, actus virtutis inaequales sunt.

Respondeo tamen, martyrium posse considerari, & quatenus actus virtutis est; & quatenus est realis imitatio passionis Christi, & non solum representativa, sicut est Baptismus. Primo modo justificat solum ex opere operantis, & non habet locum in infantibus, qui actus virtutis inaequales sunt. Secundo modo, quatenus est actualis more pro Christo tolerata, & realis imitatio Passionis ejus, justificat ex opere operato non minus, immo magis, quam Baptismus aquae, etiam infantes. Ita S. Thom. 2. 2. q. 124. art. 1. ad 1. Ubi de Innocentibus martyribus loquitur, Martyres (inquit) gloriam, quam in aliis propria voluntas meretur, illi parvuli accipi per Dei gratiam sunt affecturi. Nam effusio sanguinis propter Christum virtutem gerit Baptismum. Unde sicut in parvis baptizatis per gratiam baptismalem, verum Christi operatur ad gloriam obtinendam: ita et in occisis propter Christum, meretur martyrii Christi operatur ad palmam martyrii consequendam. Unde S. August. Serm. 66. de Diversis (modo Serm. 372, cap. relatus a S. Thom. ibi Innocentes loquitur. Non habebitis carnem, & qui in passurum Christum crediderit, sed habebitis carnem, in qua pro Christo passuro passionem sustineretis.

XI. Obijciunt secundo contra idem. Si martyrium justificaret, parvulos ex opere operato, esset sacramentum novae Legis: esset enim signum sensibile praetium gratiae in usu illius conferendae; sed hoc est falsum, ut docet S. Th. 3. p. q. 66. art. 11. ad 2. alias essent plus, quam septem sacramenta, quod est contra Trident. sess. 7. Can. 1. de Sacram. in gen. ergo &c.

Respondeo, neg. maj. Primo. Quia martyrium non est signum sacramentum, sed causa gratiae, & forma. Secundo. Quia sacramenta sunt causa gratiae, & sunt adiones Dei per suos Ministrum: at martyrium ex parte inferentis est actio Diaboli, per suam sceleratam mortem Confessoribus Christi inferentis. Unde S. Thom. ab Arguente citatus, sacramentum (inquit) habet rationem signi: alia vero duo (nempe Baptismus fluminis, & sanguinis) conveniunt cum Baptismo aquae, non quidem quantum ad rationem signi, sed quantum ad effectum Baptismatis: Et ita non sunt sacramenta: quod etiam dicit in 4. dist. 4. q. 3. q. 1. ad 3. Unde martyrium convenit cum sacramento, quantum ad rem, & effectum sacramenti: non vero quantum ad rationem signi a Deo instituti ad homines (maxime via ordinaria) justificandos.

XII. Obijciunt tertio contra secundum Assertum. Martyrium nil proflus valet sine charitate, ut ait S. Th. tum hoc 3. part. quest. 66. art. 12. ad 2. tum 2. 2. q. 124. art. 2. ad illa verba 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habueris, nihil mihi prodest; Ubi dicit, quod martyrium est a charitate, ut imperante, & a fortitudine, ut efficiente: Quod autem sit meritorium, hoc habet ex charitate, sicut & quilibet virtutis actus. At si martyrium justificet ex opere operato, valetet sine charitate; sicut sine charitate valet Baptismus in eo, qui solum attritus accendens ad Baptismum, per Baptismum justificatur; ergo &c.

XIII. Propter hoc non desunt, qui judicant, S. Thom. esse in sententia, martyrium adultis gratiam conferre solum ex opere operantis, & quamvis aliter docuerit, scribens super sententias probaverat efficaciam martyrii a qua nimirum virtus Passionis Christi in eo operatur, per realem sui imitationem: probat etiam in Summa ejusdem efficaciam, & excellentiam super Baptismum fluminis, & fluminis, ut videre est ceteris locis, & maxime 3. p. q. 66. art. 11. & 12.

XIV. Respondeo ergo dist. maj. Sine charitate, vel antecedente, vel concomitante, conc. maj. Sine charitate antecedente, nego maj. Senfus ergo Apostoli, & S. Thomae non est, quod sine charitate antecedente, quae imperat, & fit motivum ad subeundum martyrium, martyrium nihil proflit: sed solum, quod

quod sine charitate, neque antecedente, neque concomitante nihil proflit martyrium. Si ergo qui mortem pro Christo patitur, esto non moveatur ex charitate antecedente ad illum subeundam, quia non sit perfecte contritus, attramen supernaturaliter attritus. Dumque iustitia fontem dilectionis incipiens, mortem pro Christo accipit: in actu martyrii illi infunditur gratia, & cum gratia charitas, & proinde non patitur sine charitate. Unde Apostolus non ait: Si tradidero corpus meum, &c. ex charitate autem non tradidero; sed charitatem autem non habuero. Charitatem autem habet, qui eam habet, sive antecedenter, sive concomitante. Quare sicut qui accedit ad Baptismum solum attritus, per Baptismum ex attritu fit contritus; idem, ex attritu acti, fit contritus habitu, quia infunduntur illi habitus penitentiae, & charitatis: ita qui solum attritus (supernaturaliter tamen) accedit ad martyrium; per martyrium ex attritu adiu fit contritus habitu. Et hoc est, quod intendit S. Th. 3. p. q. 66. art. 12. ad 2. dum ait, quod Baptismus sanguinis includit Baptismum fluminis.

Dum vero S. Thomas dicit, martyrium esse imperatum a charitate, expresse loquitur de martyrio, ut est actus fortitudinis, sic enim meritorius esse non potest, nisi ut imperatus a charitate: non vero de martyrio, ut est realis imitatio Passionis Christi: quo pacto sicut sine imperio charitatis justificat parvulos, sic etiam justificat postea adultos.

XV. Sed inflabit. Praeceptum charitatis obligat sub mortali in articulo mortis; ergo si quis rapitur ad martyrium, & actum charitatis omittat, peccabit mortaliter, nec martyrium illi proderit.

Respondeo, dist. ant. Obligat ad actum, vel ad opus charitatis, conc. ant. Ad actum expressum semper, nego ant. Esto autem qui rapitur ad martyrium solum attritus, actum charitatis expresse non eliceret; moriendo tamen pro Christo opus facit intensissimae charitatis: Majorem enim charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicitia suis: sique tali opere implet praecceptum dilectionis. Sicut enim martyrium supplet defectum Baptismi aquae: ita supplet defectum actus dilectionis Dei super omnia, cum illum includat.

XVI. Haec dixi, quasi speculative loquendo, & quantum est ex natura martyrii. Ceterum in praxi vix possibile iudico, aliquem acceptare mortem pro Christo, & ex ejus amore non moveri ac Spiritum, sine cujus motione mortem pro Christo acceptare non potest, cum movere ad desiderium gloriae caelestis, & non movere ad actum dilectionis Dei, & Christi: cum enim mavult mori, quam Christum negare, plus diligit Christum, quam se ipsum, & cetera omnia.

XVII. Obijciunt quarto S. Cyprianus ad Cornelium Papam scribens athenis lapsos reconciliatione debere donari, antequam ad martyrium prodeant: Nec quisquam (ait Epist. 74.) dicat, qui martyrium tollit, sanguine suo baptizatur: nec pax illi ab Episcopo necessaria ad habitum gloriae suae pacem, & acceptum majorem de Domini dispensatione mercedem. At frustra lapsi martyrium adiutus reconciliatione conferretur, si martyrio ex opere operato dederentur; ergo &c. Respondeo, dist. min. Tamquam necessaria, conc. min. Tamquam expediens, & utilis, neg. min. Judicabat ergo Cyprianus non necessarium, sed tamquam expediens, eos, quibus martyrium imminet, si non baptizatos, baptizari prius, si lapsos reconciliari; ut munus sacramentis feculis pugnaret. Et hoc aperte apparet; quia Cyprianus ibi volebat etiam, eos, qui martyrio exponebantur, prius Eucharistia muniri: nemo tamen hinc colligit, Baptismo vim non inesse, nisi dependente ab Eucharistiae sumptione. Docere ergo voluit Cyprianus, Baptismum, absolutionem sacramentalem, & Eucharistiam, utpote iure divino praecipiente debere esse a Catechumenis, ac poenitentibus (si fieri possit) antequam ad fidem coram tyranno confitendam se filiant, ut dicemus.

S. III.

Aliqua pro intelligentia Distorum.

XVIII. Quaerit primo: Quandonam martyrium causet gratiam, & remissionem peccatorum?

Respondeo, martyrium gratiam martyri conferre in eo instanti, seu momento, post quod est immediate mortuus, seu non potest naturaliter amplius vivere: eo enim momento martyrium consummatur, confertur, & martyrem perseverasse usque in finem, & accepturum coronam gloriae statim, ad anima ejus fuerit separata a corpore.

XIX. Sed dices primo. In illo momento ante mortem, martyr habet adhuc libertatem, & potest peccare etiam in sensu composito; ergo nondum est consummate martyr; alias martyr posset damnari.

Secundo. Potest Deus post illud instanti momento impedire, & martyri miraculose vitam conservare; ergo gratiam martyri non accipit: alias post gratiam martyri acceptam, fit superflua esset, peccare posset, & damnari.

XX. Respondeo, quod martyr in instanti immediato ante mortem non retinet amplius libertatem: vel si eam habet, Deus speciali privilegio eum sic in gratia firmat; ut eum reddat impotentem ad peccandum in sensu composito. Ad hocendum similiter dico, quod casu, quo martyri in tormentis necessario moritur, miraculose a Deo conservaretur vita, sicut accidit Joanni Evangelista: Deo illum in gratia confirmaret pro reliquo vix tempore usque ad mortem. Ratio est. Quia ille abique novo martyrio esset martyr; ut constat de Joanne Evangelista, quem Ecclesia, ut martyrem comit, licet abique novo martyrio post multos annos in Domi-

no obdormierit, Ideoque debita illi esset perseverantia in gratia, & affectio gloriae, quam meruit per martyrium: alioquin vita illi miraculose conservata cederet in detrimentum, si eum peccato exponeret periculo amittendi coronam gloriae, quam per martyrium adeptus fuerat.

XXI. Quaerit secundo: An martyrium causet gratiam supra meritum patientis?

Respondeo affirmative. Tum quia: illam causet, non ex opere operantis, sed ex opere operato, ut vidimus: ergo si cui gratiam confert abique ullo merito patientis, ut patet in Innocentibus, sic poterit etiam eam causare supra meritum ejusdem. Tum quia: martyrium, ut vidimus, habet virtutem auferendi omnia peccata quoad culpam, & poenam: sed hoc ablatis saepe est supra meritum patientis; ut cum quis, alioquin plurium peccatorum reus, in odium fidei ex improposito occiditur, vel dormiens &c. ergo &c.

XXII. Quaerit tertio: An martyrium causet majorem gratiam, quam Baptismus aquae?

Respondeo affirmative. Et colligo ex S. Thoma, 3. p. q. 66. art. 12. ubi docet, in Baptismo sanguinis efficacius operari, tum Passionem Christi, quae operatur per imitationem operis: tum etiam Spiritum Sanctum, qui in martyrio operatur per potentissimum dilectionis fervorem; cum in Baptismo aquae Passio Christi operetur solum per figuralem representationem, & Spiritus Sanctus solum per virtutem latentem. Hinc merito Ecclesia Innocentibus in odium Christi ab Herode occisibus cultum, quem infantibus baptizatis, & mortuis ante rationis usum non tribuit. Signum ergo est, quod Baptismus aquae non perducit ad tantum gratiae gradum, & gloriae, quantum martyrium. Hinc sequitur etiam, quod adulti in aequali dispositione positi, majorem gratiam recipient per martyrium, quam per Baptismum aquae, & alia sacramenta.

XXIII. Quaerit quarto: An qui in proximo est, ut martyrium subeat, & non est baptizatus, habet tamen opportunitatem, ut baptizetur, debeat ante martyrium baptizari: & si baptizatus fit in peccato mortali, debeat, si commode potest, ante martyrium accedere ad sacramentum poenitentiae?

Respondeo affirmative cum S. Cypriano supra laudato, n. 17. Quia cum martyrium delet omnem culpam, & poenam, non ex institutione sua, sed ex privilegio, & in supplementum Baptismi, & poenitentiae: ideo eam delet, quando via ordinaria per Baptismum, aut poenitentiam deleri non potest. Tum etiam: quia licet martyrium dicto privilegio potius; non liberat tamen ab observantia divinatorum praecceptorum, si haec est possibilis: at impossibile est omnibus praecceptum suscipiendi Baptismum; & illis, qui a Baptismo suscepiendo lapsi sunt in mortale, praecipitur, ut reconcilientur per sacramentum poenitentiae; ergo si datur commodum sumendi alia sacramenta ante martyrium, peccaret, qui ea omitteret. Immo notat Soto, lib. 2. de Natura, & gratia, cap. 16. quod si martyr non baptizatus peccaretur ad vitam, deberet Baptismo aquae baptizari.

QUESTIO III.

De Tempore Institutionis, & Obligationis Baptismi.

Revertitur ad Baptismum aquae, qui solus est sacramentum, cujus essentiam, & causas intrinsecas supra examinavimus. Nunc causam ejus extrinsecam, & efficientem investigandam assumimus, nempe, auctorem, qui eum instituit, & ad eum obligavit. Hunc suppono fuisse Christum; quem in Tract. de Sacram. in gen. ostendimus fuisse omnium sacramentorum auctorem. Quare solum de tempore, quo Baptismus instituitur, & quo ad eum homines obligari voluit, hic sermo erit.

D U R I U M I.

Quo Tempore fuerit Institutus Baptismus.

S. I.

Quadam Praemititur.

CHRISTUM non instituisse Baptismum prius, quam a Joanne ipse baptizaretur, exploratum est. Christus enim non instituit Baptismum, antequam incepisset Evangelium predicare, & novam Legem condere: atqui priusquam a Joanne baptizaretur, nec coepit Evangelium predicare, nec novam Legem condere; ergo &c. difficultas est: an solum post Resurrectionem, quando discipulos ad praedicandum mittens, dixit, Matth. 28. Euntes docete omnes Gentes, baptizantesque eos, an cum ipse a Joanne baptizatus fuit: an medio aliquo tempore ante Passionem, Baptismus instituitur.

II. Albertus Magnus, Alensis, & alii videntur institutionem Baptismi referre ad illud tempus, quo post Resurrectionem ascensus in Caelum dixit: Docete omnes Gentes, baptizantesque eos in nomine Patris &c. Alii ante Passionem institutionem volunt, sed in assignando tempore dissident. Scotus enim vult, institutum fuisse, non cum Christus a Joanne baptizatus fuit, nec cum Nicodemum alloqueretur; sed paulo post initium praedicationis, cum Joann. 3. discipulos misit ad praedicandum, & baptizandum. Verum S. Thom. 3. p. q. 66. art. 2. & in 4. dist. 3. q. 1. art. 5. quem ejus Discipuli, & alii sequuntur, censet, Baptismum fuisse a Christo primo institutum, cum in Jordane ipse baptizatus fuit.